

Missa votiva de S. Maria
a Nativitate Domini
usque ad Purificationem

Introitus. Ps. 44.

Vultum tuum deprecabúntur omnes
dívites plebis: adducéntur regi vírgines
post eam: próximæ ejus adducéntur
tibi in lætítia et exsultatióne.

Ps. ibid. Eructávit cor meum verbum
bonum: dico ego ópera mea regi.

V. Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, beátæ Mariæ
virginitáte fœcúnda, humáno géneri
præmia præstitísti: tríbue, quæsumus;
ut ipsam pro nobis intercédere
sentiámus, per quam merúimus auctó-
rem vitæ suscipere, Dóminum nostrum
Jesum Christum Fílium tuum: Qui
tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti Deus, per ómnia sæcula
sæculórum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad
Titum.

Tit. 3. b.

Caríssime: Appáruit benígnitas et
humánitas Salvatóris nostri Dei: non ex
opéribus justítiæ, quæ fécimus nos,
sed secúndum suam misericórdiam
salvos nos fecit, per lavácrum
regeneratiónis et renovatiónis Spíritus
Sancti, quem effúdit in nos abúnde per
Jesum Christum Salvatórem nostrum:
ut justificáti grátia ipsíus, hærédes
simus secúndum spem vitæ æternæ: in
Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale. Ps. 44. Speciósus forma præ
filiis hóminum: diffúsa est grátia in
lábiis tuis. **V.** Eructávit cor meum
verbum bonum: dico ego ópera mea
regi: lingua mea cálamus scribæ veló-
citer scribéntis.

Мисса Ѡбѣтѣнаѣ ѡ св. вѣѣ мѣи
ѡ рождѣствѣ гдѣна
до ѡчищенїѣ (срѣтенїѣ гдѣна)

Привѣтъ **Псал. мѣ.**

Лицѣ твоѣмѣ помóлаѣмѣ вѣи богáтїи
людоути. Привѣдѣѣмѣ црѣю дѣкѣ кѣслѣдѣ
ѣл, ѡскрѣщенїѣ ѣл привѣдѣѣмѣ чѣкѣ вѣ
кесѣлїи ѡ рáдованїи.

Псал. чѣоѣже. Ѡрыгнѣ сѣрдце моѣ слоуко
блáго, глаголю ѡзѣ дѣла моѣ црѣви.

С. Слава Ѡцѣ.

Молїтѣ

Бже, ѡже вѣчнаго спсѣнїѣ блаженныѣ
мѣи дѣвствомѣ плоднымѣ,
члѣвѣческомѣ родѣ мзакѣ подáмѣ ѣси,
дáждѣ, молнмѣ чл, да чѣ за ны
ходáтáюще почѣемѣ, ѣюже сподóбнхомѣ
жнкоугодáкѣ прїáтн, гдѣ нáшегѣ иѣса
хрѣтá, єнѣ твоѣгѣ, ѡже єх твоѣю жнвѣгѣ
ѡ цáрствѣѣѣ вѣ ѣдннствѣ дѣлѣ стáгѣ
вѣѣ, ко вѣлѣ вѣкѣ вѣкѣвѣ.

Чтѣнїе послáнїѣ блаженнаго áпѣла пáвѣла
кѣ тїтѣ.

Тїт. г.

Возлѣбленне: ѡвѣсѣ блáгѣ ѡ члѣвѣколюбїе
спсѣ нáшегѣ вѣл, не ѡ дѣлѣ прѣвнѣхѣ,
ѡже сотворїхомѣ мы, но по своѣй ѣгѣ
мáтн, спсѣ нáсѣ бáнею пакнѣчїѣ ѡ
ѡбновлѣнїѣ дѣлѣ стáгѣ, ѣгѣже ѡзлѣлѣ на
нáсѣ Ѡблáнѣю иѣсѣ хрѣтѣмѣ, спсѣнѣемѣ
нáшнмѣ, да ѡправдáншѣмѣ блáгѣю ѣгѣ,
наслѣдннцѣ бѣдемѣ по ѡуповáнїю жнзнн
вѣчннѣ, ѡ хрѣтѣ иѣсѣ гдѣ нáшемѣ.

Степѣннаѣ Псал. мѣ. Красѣнѣ доврѣтоу
пáче сынѣвѣ члѣвѣчѣскнѣхѣ, ѡзлѣлѣ
блáгодáтѣ ко ѡвѣтнáхѣ твоѣхѣ. **С.** Ѡрыгнѣ
сѣрдце моѣ слоуко блáго, глаголю ѡзѣ дѣла
моѣ црѣви: ѡзѣкѣ моѣ прѣсѣ
кнїжннѣкѣ єкѣрѣпнѣцѣ.

Allelúja, allelúja. **V.** Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génitrix intercède pro nobis. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Allelúja et Versu sequenti, dicitur:

Tractus. Gaude María Virgo, cunctas hæreses sola interemísti. **V.** Quæ Gabriélis Archángeli dictis credidísti.

V. Dum Virgo Deum et hóminem genuísti : et post partum Virgo invioláta permansísti. **V.** Dei Génitrix, intercède pro nobis.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. **Luc. 2. b.**

In illo témpore: Pastóres loquebántur ad ívicem: Transeámus usque Béthlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et venérunt festinántes, et invenérunt Mariám, et Joseph, et infantem pósito in præsépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt: et de his, quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastóres glorificántes, et laudántes Deum in ómnibus, quæ audíerant, et víderant, sicut dictum est ad illos.

Offertorium. Felix namque es, sacra Virgo María, et omni laude digníssima: quia ex te ortus est sol justítiæ, Christus Deus noster.

Secreta.

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præsentem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et

ѿлннаѿѿа, ѿлннаѿѿа. **С.** По рождествѣ дѣвою неврежденною пребыла еси, бже, ходатайствуй за насъ. ѿлннаѿѿа.

По седмидесятницы, мимопустивъ ѿлннаѿѿа и послѣдующій стихъ, рци:

Влѣкомъю радуйса, дѣво мріе, вѣлвлáзни едина побѣла еси. **С.** ѿже архáггла гаврїила словесемъ вѣровама еси. **С.** егда дѣвою бга и члвкѣка родила еси, и по рождествѣ дѣвою неврежденною пребыла еси. **С.** бже, ходатайствуй за насъ.

✠ Послѣдованіе стáгво еѿлїа ѿ лѿкн.

Лк. б.

Во врѣмѣ ѿно: Пáстырїе рѣша дрѿгъ ко дрѿгѿ: прейдемъ до вѣдлѣема и вѣдимъ глаголъ еи бѣвшїи, егѣже гдѣ сказа намъ. И прїидоша послѣшшеса, и ѿвѣрѣтоша мрію и іѡенфа, и младѣнца лежáща во ѿслехъ. вѣдѣвше же сказаша ѿ глаголѣ глаголаннѣмъ ѿмъ ѿ ѿтрочáти семъ. И вси слышавшїи дивншаса ѿ глаголаннѣмъ ѿ пáстырей къ нѣмъ. Мріа же соблюдиша вѣл глаголы еїа, слагáющн въ ердыцѣ своѣмъ. И возвратншаса пáстырїе, слышавше и хвалáще бга ѿ всѣхъ, ѿже слышаша и вѣдѣша, ѿкоже глаголамо бѣсть къ нѣмъ.

Прнносъ блженна коистиннѿ еси, пресѣла дѣво мріе, и вѣлкѣа хвалы досто́ннейша, ѿкѣ нъз тебе возейа солнце правды, хрѣтосъ бгъ нашъ.

Тáйна

Твоимъ, гдн, помѣлованїемъ и блженнѣа мрїи прнходбѣ ходатайствомъ, сїе прнношенїе да оупѣетъ намъ къ вѣчномъ и насчѣоциемъ блгополъчїю

pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Præfatio de S. Maria: Et te in Veneratióne beátæ Mariæ.

Communio.

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portavérunt ætéрни Patris Fílium.

Postcommunio.

Hæc nos communio, Dómine, purget a crimine: et intercedénte beáta Vírgine Dei Genitrice Mariá, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

и́ мнѣ. Гдѣмъ нáшимъ и́исомъ хрѣ́томъ, сѣ́номъ твои́мъ, и́же съ тобо́ю живѣ́тъ и́ царствѣ́тъ въ ѡ́днѣствѣ́ дѣ́ла сѣ́гво бѣ́хъ, во всѣ́хъ вѣ́ки вѣ́ковъ.

Предсло́вїе ѡ́ блáженнѣ́й дѣ́вѣ́ мрї́и: И́ тебѣ́ въ чѣ́сткованїи блáженныа́ мрї́и.

Причащѣ́нїе

Блáжена о́тро́ба мрї́и дѣ́вы, носѣ́вшая вѣ́чнаго Ѡ́ца́ сѣ́на.

Попричащѣ́нїе

Сїѣ́ причащѣ́нїе, гдѣ́, да ѡ́чи́стятъ ны ѡ́ грѣ́ха, и́ ходáтгяущи блáженнѣ́й дѣ́вѣ́ вѣ́дѣ́ мрї́и, нѣ́сныа цѣ́льбы́ сотворѣ́тъ бы́ти причáстники. Тѣ́мже гдѣ́мъ нáшимъ и́исомъ хрѣ́томъ, сѣ́номъ твои́мъ, и́же съ тобо́ю живѣ́тъ и́ царствѣ́тъ въ ѡ́днѣствѣ́ дѣ́ла сѣ́гво бѣ́хъ, во всѣ́хъ вѣ́ки вѣ́ковъ.